Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31305
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">


hec remansisset Post aliquantum vero temporis isto filio
hic relicto · ad primum suum ascendit · et processu tempo
rum etiam iste filius illuc usque ad eam pervenit · et ita
in celo duos habet filios · istum naturalem · et istum ad
optivum Et ubi sunt obsecro plures Vel si plures
non sunt · quomodo verum erit multi filii deserte magis
quam habentis virum cum plurime inveniantur virum hen
tes cum turba magna filiorum An forte et filii eius
esse possumus omnes si tamen volumus utique domine Neque
enim falso clamant fideles dicentes O mater et domina
miserere nobis Si autem mater dei etiam nobis miseris in
matrem data est · dic obsecro ubi hoc actum est Cer
te credo quod ex hoc loco ubi dictum est Ecce mater tua
Revolve enim textum huius sacri ewangelii de quo sermo est et
proprium nomen eius cui virgo in matrem assignatur hic nus
quam expressum invenies · sed per quandam circumlocutionem
describitur · que etiam aliis quam Johanni convenire potest · hoc dicta
te spiritu sancto ut quicumque cum iohanne huius descriptionis parti
pes fuerint cum iohanne quoque marie filii sint De
scriptio autem de quo loquor hic est Discipulum stantem quem
diligebat ihesus Discipulatus xpi ex fraterna cari
tate probatur sicut ipse ait In hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis
ad invicem Tunc autem discipulus stat iuxta crucem